Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26515
Copyright: Admont, Benediktinerstift



38

possunt dicere. Ergo unum est aliquid. quia ipsum
nihil est. Hi autem qui sanum habent cerebrum. rem
manifestissimam uident. hoc idem intelligi cum
dici nihil unum est. quod intelleget si dicere unum est
nihil. Ita fit si alicui dicant quid fecisti. et
ille respondeat nihil se consequens esse ut ei fecisse
calumnientes dicentes. Fecisti quod aliquid
quia nihil fecisti. ipsum enim nihil aliquid est.
Habent autem et ipsum dominum in fine sentiendum po
nentes. hoc uobis uisum est. Et in occulto locutus
sum nihil. Ergo legant et taceant. Quia
quod deus omnia quae non de se genuit. sicut publicum suum
fecit. non de his rebus quae iam erant. sicut de his quae om
no non erant. hoc est de nihilo fecit. Ita dicit apostolus.
Qui uocat ea quae non sunt tanquam sint. dicit
autem in libro machabeorum. septimum est. Oro te fili
respice ad celum et terram. et omnia quae in eis sunt.
Vide et scito quia non erant ex quibus nos fecit
dominus deus. Et illud quod in psalmo septimum est.
Ipse dixit et facta sunt. Manifestum quod
non de se ista genuerit. sicut impubo atque impio
fecit. Quod autem de se. utique de nihilo. Non
enim erat aliud unde faceret. Deque apertissime
apostolus dicit. Quoniam ex ipso et per ipsum et in